

fuerit^k princeps, qui tot magnalia fecit, de quibus alibi²¹. Hic ergo,
 ut idem scribit, *Apuliam et Calabriam* devicit de manu Grecorum, ut
 alie historie dicunt^l, magnaue fecit contra exterarum nationes. *Insulam*
 etiam^m *Sicilie de manu Ismaelitarum*, hoc est Sarracenorum, occupat²².
 Abinde volens perpetuare suum dominium, considerans forte suorum
 antecessorum factamⁿ donationem de terris conquisitis^o ab hostibus
 libere Nicolao pape^p II. de dictis terris fidelitatem iurat et ab ecclesia
 recognoscit, ut scribit archiepiscopus Cusentinus^q de Calabria, et *li-*
*gius^r eius homo factus est*²³. In quo casu quis absolvitur a iure imperii,
 unde in Glossa super cap. *Adrianus* dist. LXIII dicitur, quod Hispani
non subiciuntur imperio, quia *regna sua eruerunt de manu hostium*²⁴, et
 hoc certe rationabile^{s.t} iure gentium^t videtur, quod quidem factum fuit
 anno Domini MLX. Et attendendum hic^u, quod hoc tempore Henricus
 imperator <III.>^v fecit in ecclesia scisma, unde in contemptum Gre-
 gorii pape <VII.>^w fecit fieri quendam papam nomine Guibertum, qui
 vocatus est Clemens, et cum suo^x antipapa venit Romam ipsumque
 consecrari mandavit et ab ipso imperialem coronam recepit, incluso
 Gregorio in castro^y sancti Angeli, ut Martinus scribit²⁵. Sed Robertus
 Guiscardus venit contra dictum Henricum cum exercitu suo sicut verus
 vasallus ecclesie et fugavit imperatorem de Urbe cum suo^z antipapa^a,
 Gregorium vero in sua sede restituit, ut Richardus dicit et Martinus²⁶.

l) dant V₃. m) fehlt P. n) fehlt V₂. o) acquisitis V₂. p) fehlt
 P. q) Crescentinus V₁ V₂ L. r) lingius R. s) erg.: de V₂ ratione V₃.
 t-t) ratione gentium rationabile V₃. u) fehlt V₃. v) III P V₁ V₂ V₃ R L.
 w) VIII P V₁ V₂ V₃ R L. x) fehlt V₂. y) castrum V₂ V₃ L. z) erg.:
 exercitu et V₃. a) erg.: et R.

21) Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XVIII 13, S. 412 Z. 19f., wo Tholomeus Robert Guiscard als Nachkommen des magni ducis Normannie Tankred von Hauteville vorstellt.

22) Richard von Cluny, *Chronicon* (wie Anm. 20) Sp. 1085D. Romuald von Salerno, *Chronicon* (wie Anm. 17) S. 183 Z. 12f., S. 186 Z. 10f. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XVIII 39, S. 432 Z. 20-23.

23) Romuald von Salerno, *Chronicon* (wie Anm. 17) S. 185 Z. 4. Vgl. auch *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XVIII 43f., S. 436.

24) Bartholomaeus Brixienensis, *Glossa ordinaria ad decretum* (Mainz 1472) zu *Decretum Gratiani* (wie Anm. 4) Dist. 63 c. 22 s. v. Per singulas: Obstat quod reges Hispaniae, cum non subessent imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt.

25) Martin von Troppau, *Chronicon* (wie Anm. 9) S. 434 Z. 28-34. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XIX 5f., S. 442f.

26) Richard von Cluny, *Chronicon* (wie Anm. 20) Sp. 1085E. Martin von Troppau, *Chronicon* (wie Anm. 9) S. 434 Z. 34-37. Vgl. Tholomeus, *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XIX 6, S. 443.